



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 181. Legati Galliæ contra gesta in caussa Joannis Parvi excipiunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Sæcul. XV. dem quoque Legatis plena data est potestas strenue aggrediendi, quicquid ad obtinendam tam Generalis asserti, quam particularium novem propositionum damnationem, opportunum, necnon ad irritandam Cardinalium, & confirmandam Parisiensis Episcopi sententiam, necessarium judicaverint.
A.C. 1416.

§. CLXXXI.

*Legati Gallicæ contra gesta in cauſſa
Joannis Parvi excipiunt.*

Gerson. l.cit. **C**um Commissarii in hac cauſſa conveniuntus suos hucusque, inconsultis Galliæ Legatis egissent, hi contra omnia haſtenus a Commissariis actitata reclamabant, & ab eorum sententia ad Concilium seu sedem Apostolicam in quadam Congregatione Nationis Galliæ, cui Joannes de Curtacoxa præfuit, appellabant, pendente appellatione nihil innovari postulantes. Evidem Episcopus Atrebatenſis hanc appellationem acerbe insectatus est in quodam libello, quem Nationis Gallicæ Deputatis die 23 Martii porrexit, sed Legati huic responderunt; Episcopo itidem replicante, multis ultro citroque aculeatis verbis pugnatum est. Post hæc Oratores Ducis Burgundi & Commissarii ad cauſſas hæreforum deputati actionem injuriarum contra Joannem Morinum

p. 548.

num Galliæ Legatum institui petierunt. **Sæcul. XV.**
 Quibus peractis nulla amplius habita est **A.C. 1416.**
 Congregatio usque ad vigesimam sextam
 Martii, qua die ex potiori suffragantium
 sententia decretum est, decem Deputatos
 ex Natione Gallica denominandos, qui
 Commissariis pro materiis fidei constitu-
 tis adjuncti, partes litigantes vel ad ami-
 cabilem compositionem inducerent, vel
 si placide res componi non posset, coram
 futuro Pontifice hujus caussæ decisionem
 per viam juris urgerent, postquam Petro
 de Luna adhærentes Synodo accessissent.
 Postera die Legati Ducis Burgundiæ con-
 trâ hoc consilium exceperunt.

§. CLXXXII.

Austriæ Dux Constantia discedit.

Fridericus Austriæ Dux, postquam ul- *Vonder*
 tra annum tanquam obses Constan- *Hardt to. 4.*
 tiæ hæreret, donec pactionibus cum Si- *p. 626.*
 gismundo initis satisfaceret, infalutato
 hospite urbe excedendi opportunitatem
 invenerat. Ubi Tyrolim venit, omnia
 susque deque versa compererat. Nobi-
 les, & spectabilior Cleri pars, Ernesto Fra-
 tri suo obsequebatur. Imperator hujus
 fugam comperiens, eum secundo per Cæ-
 fareum edictum proscriptis. Ex altera
 parte Episcopus Laudensis, Nationis Ita-
 licæ Præses, nomine Concilii Syndicis

O 5

Eccle-